Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift

umbra eius: et arbusta eius cedros dei. Extendit palmites suos usque ad mare: et usque ad flumen propagines eius. Ut quid destruxisti maceriam eius: et vindemiant eam omnes qui praetergrediuntur viam. Exterminavit eam aper de silua: et singularis ferus depastus est eam. Deus virtutum conuertere respice de celo et vide et visita vineam istam. Et perfice eam quam plantauit dextera tua: et super filium hominis quem confirmasti tibi. Incensa igni et suffossa: ab increpatione vultus tui peribunt. Fiat manus tua super virum dexterae tuae: et super filium hominis quem confirmasti tibi. Et non discedimus a te et vivificabis nos: et nomen tuum invocabimus. Domine deus virtutum conuerte nos: et ostende faciem tuam et salui erimus.